



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

XXVIII. De spectaculis, vt die dominico, vel ceteris sanctorum festiuitatibus
minime celebre[n]tur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ANNO
CHRISTI
424

na, prohiberi: maxime, cum etiam in natalibus beatissimorum martyrum per nonnullas ciuitates, & in ipsis locis sacris talia committere non reformident. Quibus diebus etiam (quod pudoris est dicere) saltationes sceleratissimas per vicos atque plateas exercent, vt matronalis honor, & innumrabilium feminarum pudor, deuote venientium ad sacratissimum diem, iniuriis lasciuiantibus appetatur, vt etiam ipsius sanctæ religionis pene fugiatur accessus.

XXVIII.

Nec non & illud petendum, vt spectacula theatrorum ceterorumque ludorum, die dominica vel ceteris religionis Christianæ diebus celeberrimis amoueantur, maxime quia sancti Paschæ octauarum die populi ad circum magis quam ad ecclesiam conueniunt: * & debere transferri deuotionis eorum dies, si quando occurrerint: nec oportere etiam quemquam Christianorum cogi ad hæc spectacula; maxime, quia in his exercendis, quæ contra præcepta Dei sunt, nulla persecutionis necessitas a quoquam adhibenda est: sed (vti oportet) homo in libera voluntate subsistat sibi diuinitus concessa. cooperatorum enim maxime periculum considerandum est, qui contra præcepta Dei magno terrore coguntur ad spectacula conuenire.

Cod. Can.
cap. 61.

* for. &
licet (sen
ius ac fas
fit) trans-
fecti.

XXIX.

Et illud petendum, vt statuere dignentur, vt si quis cuiuslibet honoris clericus iudicio episcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, siue ab ecclesiis, quibus præfuit, siue a quo-

Cod. Can.
cap. 61.

Concil. Tom. 4.

Xxx ij